

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 8397

**Auteur(s)** : Gautier, Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye, abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Girard Rossinoel [clerc]

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1236

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

L'abbaye de la Trappe accorde à Girard Rossinoel, quatre pièces de terre, sises dans la paroisse de Bivilliers, pour en jouir sa vie durant, moyennant une redevance annuelle de douze deniers.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, [T]. « Tenor cartarum quas habent homines nostri et alii quibus fecimus cartas – Carte quas fecimus extra grangias », n° XXX (« Carta Rossinoel »), p. 542-543.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego, frater Gualterus, dictus abbas, et conventus domus Dei de Trappa, de communi assensu, tradidimus Girardo Rossinol, clerico, duas pecias terre sitas in parrochia de Biviler, quarum una sita est inter terram Radulfi Baboin, ex una parte, et terram Roberti Berselone, ex altera, et alia pecia terre juncta est herbergamento Roberti Moinet, juxta medietariam Girardi de Toriel, militis ; et unam peciam terre sitam similiter in parrochia de Biviler, inter terram Guillelmi Pelerin, ex una parle, et terram dicti Roberti Berselone, ex altera ; et quandam aliam peciam terre, tria minota seminis recipientem, in feodo Pepin sitam, et superius jungitur Spine Nigre et inferius terre dicti Roberti, habendas et tenendas de nobis, quandiu vixerit, per duodecim denarios annui redditus, in festo sancti Remigii annuatim persolvendos, ita quod, post ejus obitum, omnes dicte terre ad nos penitus revertentur, excepta tantummodo quadam pecia terre, unum sextarium seminis recipiente, quam ipse poterit dare aliqui nepoti suo, si voluerit, tenendam de nobis per duos solidos annui redditus. Quo defuncto, ipsa ad nos penitus deveniet absque reclamacione alicujus. Has autem terras non poterit dictus clericus dare, vendere vel invadiare vel quoque modo commodare, nisi de nostro assensu, nec post eum nepos ejus peciam supradictam. Et sciendum quod omnes redditus et omnia servicia que pro dictis terris debentur fieri dictus clericus faciet, et, post eum, nepos ejus de pecia supradicta. Nos vero eas garantizare dicto clerico tenemur bona fide post obitum Viviani de la Bercere, presbyteri, quia donec post ejus obitum dictus clericus non habebit. Et ut hoc firmum sit et stabile in perpetuum, sigilli nostri munimine roboravimus presens scriptum. Actum anno gratie M° CC° XXX° VI°.